Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26367
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& dixit mater eius ad illum. Fili quid fecisti nobis sic. Ecce
dolentes pater tuus. & ego querebamus te. Quid enim. Nunquid casu
gestum est ut puer ihesus remaneret in ierusalem. & paren
tes eius illum in comitatu esse existimarent requirerent
inter cognatos & notos & non in uenirent re
gressi in ierusalem requirentes per triduum inuenerunt non quocunque
vel ubicunque sed in templo sedentem in medio doctorum
audientem illos & interrogantem. Nunquid hoc euangelista
tam diligenter scriberet. nisi rem sacramenti plenam esse sciret.
Sunt & alia multa inquit iohannes que fecit ihesus. que si scriberentur
per singula. nec ipsum arbitror mundum capere eos
qui scribendi sunt libros. Si solam spectas rem gestam quantum
est hoc inter alia tam multa. ut illis omissis ab euangelista
non deberet omitti. Igitur & in uoce ista indicamus
quod diligit anima mea. ubi pascas. ubi cubes in me
ridie. & in illa re gesta quam dixit eadem diligens &
dilecta. Fili quid fecisti nobis sic ecce pater tuus &
ego dolentes querebamus te. unum ideoque misterium
spectare iuuat. Quid enim est comitatus de die fes
to redeuntium nisi frequentia vel ritus cerimoniarum
iudaicarum cerimoniarum carnalium. Iste namque
mandata uite non precesserunt sed comitate sunt. & si rite
consideres legis ordinem. postquam precepta bona da
ta sunt que faciens homo uiueret in eis. iste cerimo
nie preceptaque non bona in quibus uiuerent areatu